

delem à tribus amicis fidelibus) aufero, restant utrobique duo amici fideles. NB.

Ad utramque speciem puram omnia nomina directè reduci, variæque phrasès immisceri, possunt.

III. Per Multiplicationem.

Si quinque regiones bis percurras, conficies decem cursus, singulos per certam regionem, (subscribo dextram producti partem majusculâ notâ, sinistram minusculâ sequenti seriei reservo.) Si quatuor regiones bis transeas, absolves 8. cursus, singulos per aliam regionem, quibus si unitatem à priori seriei huc redundantem adjicias, numerabis novem cursus, singulos per certam regionem.

Vel:

Quinque sunt commissæ pugnæ, in singulis fusi sunt binæ cohortes; ergo decem cohortes in omnibus his occiderunt pugnis. &c.

IV. Per Divisionem.

Si 11. absoluti sint cursus, singuli per aliam regionem, regionum autem tres fuerint; cursor singulas regiones ter peragraverit, ter enim tria sunt novem. Jam si novem cursus ab 11. cursibus subtraxero, relinqvuntur duo cursus, ter quatuor autem sunt 12. &c. Redit nempe ratio multiplicandi ac subuadendi. Vel:

Decem cohortes ceciderunt, in singulis præliis binæ, quæritur quot prælia commissæ sint. Respondeo 5. nam bis quinque decem sunt.


Nota:

Utramque ad speciem modalem verba omnia tum actiua, tum passiva, reducere directè, & Dialogos variû generis texere licebit.

COROLL.

Ergo aptæ omninò sunt Arithmeticæ Species ad addiscendas exercendasque cujuscunque generis phrasès, quæ sufficiant utique pro copiâ, quæ haberi potest, infinitâ, ad imbibendum etiam hâc novâ viâ sermonem Latinum.

Ein mehrers findet sich in meinem unlångst auf Veranlassung des lehten Cometen herausgegebenen Tractat vom Rechnen/samt dem Anhang von der Verstands- und Willens-Information, wie auch in beyden Theilen des von dem grossen Cometen herausgegebenen Tractats.



349
32

690
1035

11040

61
682
11040 | 32.
3455
34

822
891

1713